Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Hec dicit dnus, Sanctificabo nomen meum magnum; ut sciant gentes quia ego dominus cum sanctificatus fuero in vobis coram eis tollam quippe vos de gentibus; et congregabo vos de universis terris, et adducam vos in terram vestram. Et effundam super vos aquam mundam; et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, et ab universis idolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor novum; et spiritum novum ponam in medio vestri. Et auferam cor lapideum de carne vestra; et dabo vobis cor carneum, et spiritum meum ponam in medio vestri. Et faciam ut in preceptis meis ambuletis; et iudicia mea custodiatis et operemini. Et habitabitis in terra quam dedi patribus vestris; et eritis mihi in populum, et ego ero vobis in deum: dicit dnus omnipotens.

Audite filii audite me ti. GR. more dni docebo vos. V. Accedite ad eum et illuminamini et facies vestre non confundentur.

Oratio. Oratio quesumus omnipotens deus: ut qui ieiunia voluntaria castigant ipsa quoque deuotio sancta letificet; ut tanto affectibus mutigatis facilius celestia capiamus.

Hec dicit dnus deus. Lectio ysaie prophete. Lauamini: mundi estote: auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere perverse: discite bene facere: querite iudicium: subuenite oppresso: iudicate pupillo: defendite viduam: et venite et arguite me dicit dominus. Si fuerint peccata vestra ut coccinum: qui nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra qui vermiculus: velut lana alba erunt. Si volueritis et audieritis me bona terre comedetis: dicit dnus omnipotens.

Beata gens cuius est. GR. dominus deus eorum populus quem elegit dnus in hereditatem sibi. V. Voto domini celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Fm iohannem.